SAMMELHANDSCHRIFT MIT THEOLOGISCHEN TEXTEN
um 1455/1460 (Wasserzeichenbefund) Seite 241r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36925
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Adam et Eva plauxerunt necem Abel Centum annis

8 Dolor ade et eve legitur multum diu durasse
Quia legimus C annis in luctu perseverasse
1 Sed si xpus C ~~annis~~ milia annorum in morte perseverasset
Maria nunquam a luctu medio tempore cessasset
Cum ergo ioseph corpus xpi de cruce deponeret
Affuit mater ut ipsum inter brachia sua attolleret
Tunc fasciculus eius inter ubera eius commorabatur
Sed in canticis canticorum de ipsa cantatur
Quam amarus mirre fasciculus fuit in corde matris
Collectio penarum quas sustinuit xpus tota nocte et die
Quanto vinum nobilius et dulcius esse comprobatur
Tanto fit acrius et amarius quando transmutatur
Sic quanto amor matris ad filium erat dulcior
Tanto dolor eius in passione xpi factus est amarior
Propter matrem fuit olim per neomeni prefigurata
Que propter mortem filiorum suorum multum fuit amaritata
Unde dixit nolite me vocare neomi quod est pulcra
Sed vocate me matrem quod est amara
Valde me amaritudine opus deus replevit
Hec dixit quando orbationem duorum filiorum deflevit
Convenienter autem matrem per neomi est designata
Quia non erat solum uno sed duobus filiis orbata
Unum filium habuit per carnalem progenituram
Alium autem mater matre adoptaverat sibi per curam
Verus et carnalis filius erat marie Ihesus
Adoptivus autem universum humanum genus
Carnalis filius mortuus erat morte carnali